

Sunt centum, hinc centum sunt numerus quadratus, cuius radix quadrata sunt decem: aut sit cubicè, cum numerus quadratus cum radice rursus multiplicatur. Vt multiplicando centum cum sua radice quadrata, videlicet decem, proueniunt mille: hinc mille sunt numerus cubicus, cuius cubica radix sunt 10, quemadmodum clarius in sequentibus patebit.

Quotuplex est radicum extractio?

Duplex. Quadrata, & Cubica.

DE QUADRATAE
Radicis extra-
ctione.

Quid numerus Quadratus?

Qui per vnitates ita in quadratum collocari potest, vt omnia eius latera tam in longitudinem quam in latitudinem sint equalia.



Quid est radix quadrata?

Est numerus qui in se multiplicatus, proposi-